



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/303859>

THESES  
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI CHRISTIANI VAN GOUDOEVER,

MED., CHIR. ET ART. OBST. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GUILIELMUS FRANCISCUS DE JONGE,

Medioburgensis.

A. D. XX M. OCTOBRIIS, ANNI MDCCCLVII, HORA II.



TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. BROESE.

MDCCCLVII.



T H E S E S.



I.

Substitutio in exemplum pupillaris, non unice spectat bona instituentis, sed totam mente capti hereditatem.

II.

L. 49 D. mandati conciliari potest cum L. 35 D. de acquirendo rerum dominio.

III.

Si annuum alicui ad vitam et nonnullos annos post mortem donatum est, insinuatio exigitur.

## IV.

THEOPHILUS ad § I. Instit. de perpet. et temp. act. (4, 12) errat in exemplo contractus, qui heredes non obligat.

## V.

Poena ex popularibus actionibus actori et non populo debetur.

## VI.

Prodigus curatorem suum heredem instituere non potest.

## VII.

Quae parentes tanquam pensionem annuam, ad onera matrimonii sustinenda, liberis dederunt, non videntur collationi obnoxia.

## VIII.

Absentia criminis causa haberi nequit desertio maligna.

## IX.

Quaestio an donatio pactis antenuptialibus, vigente Codice Napoleontico inter conjuges facta, legitimam portionem laedat, dijudicari debet secundum Codicem Napoleonticum, et non secundum nostrum.

## X.

Locatori aedium datur in art. 1618 C. C. actio personalis in subconductorem.

## XI.

In art. 512 C. M. verba: „behoudens aan laatstgemelden het bewijs van het tegendeel” non sunt stricte accipienda.

## XII.

Art. 577 C. M. etiam spectat navis magistrum.

## XIII.

Art. 582 C. M. non intelligi debet de ignorantibus mercium dominis.

## XIV.

Non facio cum sententia tribunalis Rotterodamensis, die 13 Jan. 1845 (Weekblad N<sup>o</sup>. 581) curatorem non esse legitimum contradictorem, si contra iudicium ordinis quis se opposuerit.

## XV.

Actor a reo contumace in remotiorem diem in jus vocatus, hanc diem anticipare potest.

## XVI.

Art. 329 1<sup>o</sup> C. P. restringi non debet ad eos qui in aede sunt.

## XVII.

Conatus veneficii etiam puniendus videtur, licet

quis veneno usus sit, quod propter odorem evomuerit.

### XVIII.

Primo coetui ordinum Generalium concedenda fuisset facultas emendandi legum specimina.

### XIX.

Jus exterritorialitatis quod dicitur, omnino etiam apud nos valet, cum in causis criminalibus tum in civilibus.

### XX.

Praescriptio in jure gentium quoque admittenda videtur.

### XXI.

Actionem secundum art. 22 C. C. Quaest. institutam, laesus mutata voluntate rumpere non potest.



## XXII.

De landverhuizingen zijn niet te beperken, maar wel te leiden.

## XXIII.

Minder juist zijn de woorden van DUCLOS (*Considérations sur les moeurs*): „Les négociants ne font aucune entreprise, il ne leur arrive aucun avantage, que le public ne le partage avec eux. Les commerçans sont le premier ressort de l'abondance.”

---